bello, Conventioneq[ue] ac alys omnibus Iuris remedys et defens[ionibus]
non subterfugiendo, nec modo aliquovis eadem. Sta[tus?]
sua p[rae]sen[ti] personali Recognitione ad p[rae]missa omnia
et Singula mediante.

Horodÿska et Popiel Rbnt

Comparentes personaliter coram Officio et Actis p[rae]sen[tibus] Castren[sibus] 192
Capitanealibus Premysliens[ibus] Nobiles Anna Mÿslowska, p[ri]-
marum olim N[obi]lis Joannes Popiel Hrÿczkowicz, ad p[rae]s[ens]
vero Secundarum nuptiarum N[obi]lis Lucae Horodyski Con-
sors Leg[iti]ma, bonorum gentis omnium et Summarum qua-
rumvis a p[rae]fato olim N[obi]li Joanne Popiel habitarum do-
mina Adulta etate et Reformata ab Una, et Strachonius
Popiel Hrÿczkowicz parte ab altera. Sani mentibus et corpo-
ribus existentes, a terris, districtibus, Iuribus, Iudicibusq[ue] suis quibusvis
proprys et competentibus recedendo, p[rae]sen[ti] vero Castrensi Capitaneali
Premysliensi Iudicio, quo ad actum hunc attinet, se cum
Successoribus ac bonis suis gentis omnibus totaliter ac plenarie
incorporando atq[ue] submittendo, palam, libere, publice ac
pere expressum recognoverunt, et quilibet illorum Seorsim
suo p[ro] interesse recognovit. Quia ipsi, et quidem p[rae]fata
Nobilis Horodÿska cum p[rae]fati mariti sui Viri Tutoris
coniugalis personali assistentia et authoritate ac Ultroneo ad in-
fra recognoscenda Consensu, sibi mutuo et invicem Una
pars alteri, ac posteris Utriusq[ue] p[ar]tis, se ac suos Successores
in et super bonis suis gentis omnibus, Summisq[ue] pecuniaris
quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant p[rae]sen[ti]
Compromissum certum inter se Recognitione certarum rerum
et conditionum in eodem Compromisso contentarum, de actu
dataq[ue] in bonis Villae Popiele die decima tertia Octobris

Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono p̄scripto
confectum et conscriptum, manibus Religiosi Victorini Ramte
niecki Archimandritae Deraziensis, atque Nobilium Nicolai
Popiel, Stephani Cebrowski, tum et sui Recognoscentis atque
Jatamirski Amicorum ibidem specificatorum, propriis ad id
subscriptum; In omnibus et singulis eiusque Compromissi conditio
nibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio, ligamentis, ac
nexibus generis universis firmiter tenere, complere, exequi, ac
inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eius contentis
tamen p̄ quam in toto toties quoties opus fuerit satisfa
cere, Compromissum praefatum ad Inscriptionem praesentis Robnam
et Inscriptionem praesentis robnam, ad praedictum Compromissum
vicissim in toto referendo. idque sub Vadio Quingentarum
Marcarum polonicalium praesenti parti, cum Successoribus utriusque partis, ob
non completionem Contentorum Compromissi praefati omnium et
singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus
fuerit, absolvendo succumbendo, quo quidem Vadio, modo
praemisso ad solvendum succ[illegible], aeque ac aequa p̄ [illegible] ex contentis
Compromissi praefati non completa complendo, rata existente
inrata pars una, compromissum non tenens, sive eius posteri
ad instantiam partis alterius compromissa tenentis et complentis
vel illius successorum ad officium praesens castrense Capitaneale Pre
myslien(se), extunc recessu suspecto, quo ad reconductionem spectat
mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare, iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, Inscri
ptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit
et tenebitur, seque ac suos successores ad ea omnia inscribit
et obligat praesentibus, illum terminum primum peremptorium et alios
omnes exinde consequentes eiusdem terminos semper
peremptorios vera infirmitate, maiori, minorennitate

Suorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari
ad Munimenta, ad Exercitum, vel alys quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo, ad Quaestionem Ceterea
ultra praemissi Officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos
dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes,
ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simpli
cibus, vel triplicatis, evasionibus, Suspensionibus, fatalys Iuris,
protectione Terra, bello, Conventioneque, ac alys omnibus Iuris re
medys et defensis non suscitando [illegible], ne modo alio quovis
evadendo. Haec sua praesenti personali Recognitione ad prae-
missa omnia et singula mediante.

Horodyska Popielowi cedit. 123

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Anna Mysłowska, primario
olim Nobilis Joannis Popiel Hryckowicz, ad praesens vero Se
cundarum Nuptiarum Nobilis Lucae Horodyski Consors legitima,
bonorum generis omnium et summarum quarumvis a praedicto
olim Nobili Joanne Popiel primo marito suo habitorum Domina
Advitalitialis et Reformatoria, cum eiusque mariti sui, Uti
Tutoris Coniugalis personali astantia, et Utroneo ad infrascripta
recognoscenda consensu. Sana mente et corpore existens, a Terris,
Districtibus, Iuribus, Iudicibusque suis quibusvis propriys et competentibus
recedendo, praesentique vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni,
quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis
generis omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo
palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipsa
de omni et integro Iure suo infrascripto, nempe de Inscriptionibus
binis; Prima quidem Inscriptione Reformatoria Terrestri Premi-
sliensi sibi Recognita per eundem Nobilem Joannem Popiel Hry-